



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vita Venerabilis Arnesti, (vulgò Ernesti) Primi  
Archiepiscopi Pragensis**

**Balbín, Bohuslav**

**Pragæ, 1664**

Radivs Lacrymarvm.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42763**

trium & hgentium, insculpe fruticem *Balsami*, cultro osse im-  
pacto lacrymantem, simul inscribe: *Quod lacryma est, pretium est,*

*Paneiroll. l. 1.  
de Rebus de-  
perdisu ex Pli-  
nio. &c.  
Ibid. Henricus  
Salmonius.*

*Vitruv. lib. de  
Arbit. c. 13.*

*Artemidor. l.  
Asyronijs.*

Observant Erudit*i*: omnes ferè pretiosissimos odores, lacry-  
mas esse, pro more lacrymarū nasci, & cogi in lacrymam. Sic sta-  
cten myrrhæ lacrymā, sic opobalsamum, sic bdellium, thus, atq;  
(ut quidam existimant) succinum, manna, saccarum, mel item  
aut floris aut roris lacrymam esse. Imò & metalla sic concipi,  
sic gemmas, sic uniones creari, & durari. Etiam Cervorum la-  
crys magnam officinæ tribuunt authoritatem. De Conchylijs  
Vitruvius: *cum sunt lecta, ferramentis scinduntur, è quibus plagiæ  
lacryma proficiens, excussa in mortarijs, terendo comparatur. Nihil  
pretiosius lacrymis parit Natura; & qui lacrymas, vel somnians  
vel vigilans vidit, consolationem exspectat.*

### RADIVS LACRYMARVM.

*Lacrymæ o-  
rantiū pre-  
tiosissimæ.*

**L**Acrymas irradiari, & radiatas esse, vel pueri sciunt, qui cùm  
fuentes oculos Soli obvertunt, etiā in suis ipsi lacrymis Iri-  
dem vident. Lacrymæ arborum pretiosæ, sed pretiosiores sunt  
hominum; nam si Spartanā generositate concoquantur, & du-  
rentur, longè Cœli pretium vincunt. Pretiosissimæ sunt, quas  
pietas & desiderium cœli parit, quales fundebat *Arnestus*. Ma-  
gna enim semper naturæ vis est in conceptu, & cùm cœlum la-  
crymando desideratur, cœlo similis lacryma concipitur. Nec il-  
læ lacrymæ minus habendæ sunt nobiles, quas sui viçtrix ex-  
primit Patientia. Qui lacrymas hominis, & unde nascantur, ex-  
plicant, *Alembici* apud Pharmacopœos utuntur exemplo; omnes  
enim rerum essentiaz, ut ita loquar, extrahuntur lacrymando,  
flamarum vi, in tribulationis camino; quod subtilius est, ele-  
vatur in caput, tum refrigeratum guttescit, guttulæ auctæ & col-  
lectæ foras lacrymantur & fluunt. Hinc pretiosum istud naturæ  
compendium. Plus una gutta, sic elevata & vexata flammis, vir-  
tutis acquirit, quam mille aliae simplices contineant. Id unum  
hæc duo differunt, quod lacryme naturæ deorsum cadunt, lacry-  
me gratia feruntur in cœlum, ibique in thesauris Dei serventur:  
*posuiti*

*posuisti lacrymas meas in conspectu tuo; alij legunt, ut ante dixe-  
ram, in thesauris. Lacrymis igitur nostris inscribi meritò potest:  
Durare! secundis enim rebus in cœlo servantur, quæ lacryma-  
tione dignuntur. Mulier cum parit, ait ore divino Christus, tri-  
stiam habet; at succedit consolatio, & quod fletur, gemma est.  
Patientia colligit rosas, flet gemmas. Ajunt multorum liberum  
Matres (quod etiam magnus Aristoteles notat) pueros, quorum  
flebilior fuit infantia, & qui plurimum infantes fleverunt, in ju-  
ventute fieri pulchriores. Exemplum hoc in vitam humanam  
valet, quæ cum in terris flet, velut omnibus peregrinis humoris  
bus purgata, clarificatis oculis formosior cœlum intrat. Euntes,  
inquit, ibant, & fabant (dum degerent in orbe scilicet) at ve-  
nient cum exultatione in Superos.*

His igitur ad preferendos omnes corporis animique dolores animemur. Dolores fortiter tolerati transeunt in voluptatem; atque ut voluptas nimia cruciatum habet, sic dolor, quem viceris, voluptatem. Nota est fabula apud Eruditos, de *Dolore & Voluptate unâ casenâ à Iove constrictis. Urtica, si fortiter prese-  
gis, non urit; si delicate tractaris, mordebit; eadem est adver-  
sorum natura.*

## IV. COELESTIS BEATITUDINIS RADIUS

OPALO GEMMA PVLCHERRIMA SIMILIS.

VEN. ARN. ESURIT ET SITIT JUSTITIAM.

*Beati qui esuriunt, & sitiunt Iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur.*

Matth. 5.

**O**palus gemma est colore quidem præcipuo candida, sed ita permixta, ut in ea vario modo & Carbunculi tenuior ignis, & Amethysti fulgens purpura, & Smaragdi virens mare, incre-  
dibili pariter misturâ, transluceat. Hac atque, ait Rudolfi Cæsa-  
ris Gemmarius, post Adamantem, Rubinum, ac Unionem, quar-  
sum locum obtinet Sapphirus, ego tamen huic postremo Opælum legi-  
timum preferrem; est enim in eo caruleus, viridis, flavus & ruber, Opalus Man-  
interdum niger & latens color. In Opalo igitur, seu Naturæ, seu na Iustitiae  
Artis tentat,